

WSM

8 7



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS,

Mbb-7



MONO=STICHA, IN
SINGVLA SA=CRORVM BIBLIO=RVVM CAPITA, ME=mo*ria* Theologorum inser=uire iussa.

AVTORE
M. LVDOVICO
HELMBOLDO,
Mulhusino.

M. D. LXXIII.

NOBILITATE
GENERIS, VIRTU-
TE, ET ERUDITIONE
PRÆSTANTI VIRO, DOMI-

NO PHILIPPO DE VVERTO

TERN, Domino suo reueren-
ter colendo, S. in Christo

Iesu, P. D.

VNIUS vna DE I semper fuit, atq; manebit
Relligio: plures suasit habere Draco.
Vnius hic vnam Domini pervertere legem,
Vel Paradisiaco cœpit in orbis agro.
Nec tulit esse duos fratres vnus amantes
Aræ: diuersus nanq; Cainus abit.
Eius & est alijs Ecclesia cultibus vsa,
Quam didicit chari Sethus ab ore Patris.
Quos Enos rara tenuit cum stirpe nepotum:
Maxima diuersum turba probauit iter.
Et perijt: solo, cum prole, superstite Noa:
Simplice qui coluit religione Deum.
Posteritas humiles ritus, ædesq; perosa:
Perdidit vnanimis, alta struendo, sonos.
Quanta supersticio sparsos comitata nepotes,
In varia mundi sit regione, legat:
Qui volet, in sacris autoribus, atq; prophanis:
Non opus, hæc omnes enumerare locos.

A 2

In

In quibus ara Deos variatis cultibus auxit,
Atque creaturis numina mille dedit.
Assyrios, Persas, Graios apud, atque Latinos,
Et populos alio quoslibet orbe satos.
Israeliadæ soli, cum Mose Prophetas
Amplexi, vanis abstinuere sacris.
Ethnica degeneres qui sunt idola secuti,
Exemplis Regum grandibus, atq; Ducum.
Regibus & Ducibus tandem pereuntibus vnâ,
Vnius offensa vi cecidere Dei.
Quem sacra perpetuo dictans scriptura colendū,
Ambigua prohibet religione trahi.
Qualis in hoc seculo passim crepat, atq; probari
Flagitat, humano visa licere foro.
Sed procul esto forum mundi: sub iudice Christo,
Omnia iura Ducum sunt valitura nihil.
Biblia sola docent æterni iura Monarchæ,
Ultra vel citra quæ, nequit esse salus.
Hæc mihi lecta semel, repetita subinde placerent:
Si reminiscendi copia firma foret.
At nihil elabi citius de pectore suevit,
Quàm sacra diuinis res memorata libris.
Propterea capitum comprehendere carmine summas,
Pleraq; lectorem quæ meminisse iuuent.
Et facient, nisi me priuatus decipit vsus:
Communem multis quem precor esse bonis.
Teq; Philippe rogo, quem præter nobile stemma,
Virtus doctrinæ iuncta rogare iubet.

Vi

Ut patiare, tui placida sub nominis aura,
Hunc prodire librum, sit licet arte rudis.
Arte rudem, Christi commendat gratia Musam:
Plena Dei, saluam te iubet esse, vale.

2. die Ianuarij, Anno Christi nati, 1574.

T. P. deditissimus,

M. Ludouicus Helmboldus, Mulo
businae Ecclesiae Minister.



A 3 MONO

MONOSTICHA, IN VETVS TESTA- MENTVM.

In Genesin.

Ca.

- 1 **C**uncta Deus senis creat ore potente diebus.
- 2 Luce sacra coniunx leto fit Adamus in horto.
- 3 Lapsus homo tolerat, promisso semine, poenas.
- 4 Exulat occiso, crescitq; Canus, Abele.
- 5 Est Patriarcharum bis quintus in ordine Noa.
- 6 Degeneri mundo Deus humida fata minatur.
- 7 Arca tegit Noam, reliquos aqua deuorat omnes.
- 8 Vnda recedit, aues mittuntur, linquitur Arca.
- 9 Sanguine pax vetito fit, Noam pocula nudant.
- 10 Auctio Noiadum replet cultoribus orbem.
- 11 Ora Babel variat, numeratur Semia proles.
- 12 Thariades, Domini iussu, cum coniuge migrat.
- 13 Digreditur Lotho, promissis diues, Hebronam.
- 14 Melchisedecus ei victos gratatur ob hostes.
- 15 Iustitiae titulum, credens, nanciscitur idem.
- 16 Foeta superbit Agar, fugit obiurgata, reditq;.
- 17 Nomine mutato, praeputia ponit Abramus.
- 18 Trinus adest hospes, Sarae promittitur infans.
- 19 Flamma vorat Sodomam, cum Lotho filia dormit.
- 20 Rex Gerarae Saram rapit, & post somnia reddit.

Cogitur

- 21 Cogitur Ismael fraternis cedere ludis.
 22 Ara fit, Isaci pro corpore ceditur hoedus.
 23 Funus Ephronæo Saræ tumulatur in agro.
 24 Missus Abræ seruus redit, adducitq; Rebeccam.
 25 Nascitur Esauus, cum supplantante Iacobo.
 26 Consulit Isaco Deus, offert pacta Philistes.
 27 Que Pater Esauo cupit, aufert vota Iacobus.
 28 Mittitur in Syriam, Deus obuiat, atq; secundat.
 29 Pastori precium fit Lea, Rachelq; fideli.
 30 Augetur numero Sobolis, pecorisq; Iacobus.
 31 Persequitur generi fugientis castra Labanus.
 32 Nocte Deum vincens, fratris timet ora Iacobus.
 33 Mutius Isacidæ amor excipit, atq; remittit.
 34 Rapta dat exitio Sichimeos Dina colonos.
 35 Immolat Israel, Isacum vita relinquit.
 36 Longus ab Esauo deducitur ordo virorum.
 37 Hostili fratrum Iosephus venditur astus.
 38 Fit Thamar ex focero prægnans, editq; gemellos.
 39 Ore pium turpi Iosephum foemina tentat.
 40 Captiuus idem noctis præsagia pandit.
 41 Fitq; resoluendo Pharaonis somnia, Princeps.
 42 Fratribus oblatis asper, Simeona reseruat.
 43 Pro Simeone, domum referendo, Benjamin exit.
 44 Benjamin implicitus furto, remanere iubetur.
 45 Deniq; Iosephus simul optat habere parentem.
 46 Lætus in Ægyptum properat cum prole Iacobus.
 47 Gessenis fruitur campis, dum seuit egestas.
 48 Iosephi pueris, manibus benedicit, et ore.

- 49 Fata suis tandem canit, & per fata quiescit.
50. Fit tumultus: fratres animat Iosephus, obitq;.

In Exodum.

- 1 **S**temma Iacobigenū Pharaō premit, & timet aus
2 Nutritur Moses, homicida fit, exul amatur. (Ctūm.
3 Vult Deus, Ægyptum legatus vt ipse reuisat.
4 Præditus eloquio, fratri comes additur Aron.
5 Iussa Dei spernens Rex, durius vrget Hebræos.
6 Spe miseris facta, Mosæ numeratur origo.
7 Fit baculus serpens, cruor vnda, vidente Tyranno.
8 Ranarum, Cimiphum, Muscarum funditur agmen.
9 Grassatur pestis, sæuit post vlcera grando.
10 Arua locusta vorat, nox est oblita dierum.
11 Maxima quæq; Deus natu, moritura minatur.
12 Pascha fit, egrediens populus capit aurea vasa.
13 Præcipitur, facti memor, omnes cultus in annos.
14 Itur, atrox Pharaō perit equore, transit Hebræus.
15 Psalmus ouat: sitis est, Mara præbet, Elimaq; fontes.
16 In Sine Manna pluit, capitur glomerata coturnix.
17 Petra fluit, Moses orat, fit Iosua victor.
18 Dux pius à socero, distinguere munia, discit.
19 Sanctus adest populus, fumat Simacia rupes.
20 Ipse decem Gnomas alto Deus ore profatur.
21 Iura dat in seruos, homicidas, sæuaq; bruta.
22 Furibus, incestis, idolatrisq; minatur.
23 Falsa vetans, spondet tribus omnia prospera festis.
34 Ad Dominum Moses scandit, præceptaq; discit.

Arca

- 25 Arca figuratur, cum sacris pluribus armis.
 26 Forma tabernaculi multa describitur arte.
 27 Pingitur altaris facies, Atrijq; figura.
 28 Qualia Pontificum sint vestimenta, docetur.
 29 Ordo Sacerdotes monstratur rite creandi.
 30 Pingitur Ara, sacros Domino quæ fundat odores.
 31 Dat Deus artifices, mandataq; Sabbathata firmat.
 32 Cædes ob vitulum fractis fit magna tabellis.
 33 Vix precibus Moses restinguit Numinis iram.
 34 Lex inscripta nouis tabulis, de monte refertur.
 35 Artifices operi sacro, sumtusq; parantur.
 36 Dona tabernaculum properant, operæq; fabrorum.
 37 Arca fit, & Sanctæ mensæ cognata supellex.
 38 Additur Altari labrum, tegit atria byssus.
 39 Arte laborantur gestamina, digna Leuitis.
 40. Stante Tabernaclo, nubem Deus addit, & ignem.

In Leuiticum.

- 1 **R**itus maectandæ pecudis, volucrisq; docetur.
 2 **R**vult oleo simillam spargi Deus, atq; cremari.
 3 Quæ faciat letam, describitur hostia, pacem.
 4 Monstrantur, Dominum quibus ignorantia placet.
 5 Cum malè iuranti, tangens immunda pietur.
 6 Sponte nocens, damnū cum supplice munere præstet.
 7 Certa sacri Domino pars est, pars certa ministris.
 8 Sanctificatio fit, cum natis vngitur Aron.
 9 Sacrificans populo benedicit, adest Deus, ardet.
 10 Abius, & Nadabus pereunt: sit sobrius Aron.

▲ 7 Separat

Ca.

IN LEVITICVM.

- 11 Separat à foedis animalia munda creator.
- 12 Præcipitur, repetat quo more puerpera templum.
- 13 Cognita Legitimè, remoueri lepra iubetur.
- 14 Pura Sacerdoti reputata, piabitur agno.
- 15 Spermatici fluxus, & menstrua fonte lauentur.
- 16 Certa dies Adyti subeundi, mosq; docetur.
- 17 Sacra Deo soli fiant, neq; sanguis edatur.
- 18 Legitimus thalami gradus, illicitusq; notatur.
- 19 Ritibus adduntur sacris moralia dicta.
- 20 Iudiciale datur sceleri ius, morte piando.
- 21 Quid caueat flamen: quis non queat esse: monetur.
- 22 Quæ cadat, & quorum cibus hostia sit: memoratur.
- 23 Vult tria festa Deus solenni more teneri.
- 24 Cum face sit panis sacer, it. blasphemia pessum.
- 25 Septimus, & decies quintus describitur annus.
- 26 Mollia fata pijs, reprobis Deus aspera dicit.
27. Vult sibi præstari Dominus, quæ sacra vouentur.

In Numeros.

- 1 OMnibus ex tribubus numeratur ad arma vir aptus.
- 2 Sub duce quæq; suo, certo locat ordine castra.
- 3 Sanctis mandatur sacrorum cura Leuitis.
- 4 Quæq; recensetur domus, & sua munia discit.
- 5 Lex est zelotypis, immundos castra relegant.
- 6 Regula Nazareo datur, & benedictio Mystæ.
- 7 Quisq; sacro princeps altari munera portat.
- 8 Luminibus positus, sibi consecrat ara Leuitas.
- 9 Pascha celebratur: via, castraq; nube reguntur.

Fit

10. Fit tuba, signa canens: populus cum nube mouetur.
 11. Carnibus extortis saturi moriuntur Hebraei.
 12. Murmurat in Mosen, lepraq; Maria feritur.
 13. Nuncius explorat Chanaan, vnamq; reportat.
 14. Ægypti cupidum grauius Deus increpat agmen.
 15. Hostia præcipitur, non cedunt Sabbathis lignis.
 16. Terra Coran, alios ob murmura deuorat ignis.
 17. Virga reflorescens monstrat, quod Mysta sit Aron.
 18. Hostia Pontificis, decimæ sunt esca Leuitæ.
 19. Vt cinis immundos purget, rubra vacca crematur.
 20. Morte Maria cadit, scaturit petra, tollitur Aron.
 21. Tres domat Israel Reges, iuuat æneus anguis.
 22. A Moabitarum Bileamus Rege vocatur.
 23. Ad mala conductus, bona fata precatur Hebraeis.
 24. Rex dolet, ille tamen bene vaticinatur Hebraeis.
 25. Plectitur Israel, Moabitis fornice mixtus.
 26. Bis duo lustra gerens, iuuenis numeratur, & ultra.
 27. Lex creat heredes, succedat Iosua Mose.
 28. Ordine monstrantur, quæ fiant sacra per annum.
 29. Septimus instruitur solennem mensis ad aram.
 30. Vir, mulierq; sui voti memor esse iubetur.
 31. De Madianitis victoria ditat Hebraeos.
 32. Optima rura petit Gadi tribus, atq; Rubeni.
 33. Quadraginta diuim numerantur castra locorum.
 34. Fines, quos habeat regio promissa, notantur.
 35. Terra Leuitarum profugis sex præstet Asyla.
 36. Ne variet tribuum possessio, lege cauetur.

vsque

- 1 **V**sque Cadesbarnen ab Horebo gesta canuntur.
 2 Tangit Amorrhæam descripta profectio cædem.
 3 Acta Gigantæi, repetuntur, in vrbibus Ogi.
 4 Ob benefacta Dei, timor inculcatur Hebræis.
 5 Publica fit coram populo repetitio legis.
 6 Cor hominis totum Domini dilectio poscit.
 7 Quæ simulacra colit, prohibentur fœdera gentis.
 8 Ut pietas crescat, Domini benefacta canuntur.
 9 Se bona cuncta Deo populus debere docetur.
 10 Vox vtriusq; memor tabulæ, bene viuere suadet.
 11 Signa Dei moueant populum, veneretur vt ipsum.
 12 Vna colat Dominum, simulacris ara remotis.
 13 Saxa necent falsum, cum seductore, Prophetam.
 14 Munda iubet comedi Moses, decimasq; reponi.
 15 Lege quietifica stabilitur septimus annus.
 16 Paschatis, Hebdomadam, Scenæq; nouantur honores.
 17 Vi cadat idoli cultor, rex iura sequatur.
 18 Mysta sacris viuat: pellatur, & occidat augur.
 19 Cædibus inuitis sex constituuntur asyla.
 20 Traditur, in bello quid agendum, quidue cauendum.
 21 Ius necis occulta, thalami, gnatiq; docetur.
 22 Poscitur officium brætis, stuprumq; vetatur.
 23 Hæde sacra quosdam prohibet, cum fœnore, Moses.
 24 Vincla thori soluit lex, & miseretur egeni.
 25 Cuiq; suum detur, fratris domus ædificetur.
 26 Monstratur decimas præbendi ritus, & vsus.
 27 Simplex ara preces populo promittit, & iras.
 28 Sors benedicta pios manet, execratio prauos.

Imperio

- 29 Imperio Domini foedus renouatur Hebraeis.
 30 Post scelerum plagas, conuersis gratia restat.
 31 Emerito legitur successor Iosua Mosæ.
 32 Pangitur in Domini laudes memorabile carmen.
 33 Cuiq; Iacobigenum tribui bona fata precatur.
 34. Promissamq; videns terram, subit æthera Moses.

In Iosuan.

- 1 Iussus adornat iter promissæ Iosua terræ.
 2 Exploratores Ierichuntia mœnia lustrant.
 3 Vnda viam populo siccam Iordania præbet.
 4 Saxa (rei testes olim) duodena leguntur.
 5 It pavor in gentes: præcisio, Paschaq; fiunt.
 6 Circumeunte tuba, Iericho collapsa necatur.
 7 Præda retenta nocet, pœnas luit autor Achanus.
 8 Ense perit ciuis, laqueo rex, vrbs Hats igne.
 9 Fraus Gabaonitis pacem lucratur Hebræam.
 10 Quinq; cadunt Reges, Sol stat, pugnatur in hostes.
 11 Cum socijs victo, requiescunt arma, Iabino.
 12 Sunt tria cœsorum, trigintaq; nomina Regum.
 13 Præcipitur terræ diuisio, parsq; notatur.
 14 Iure sui meriti contingit Hebrona Calebo.
 15 Quinq; ter, & centum Iudæ tribus occupat vrbes.
 16 Sors Ephraimæos patet acceptura colonos.
 17 Terra Manassigenis data, crescit fortibus armis.
 18 Oppida bis tredecim gens Beniamina capeffit.
 19 Sex reliquis tribubus quoq; mœnia diuidit vrna.
 20 Sanguinis errato profugis, loca tuta parantur.

Octo.

Ca.

IN LIBRUM IUDICVM.

- 21 Octo, quaterq; decem sedes dicat vna Leuitis.
22 Pars tribuum repetens Iordanem, suscitatur arant.
23 Commendat populo grandæuus Iosua legem.
24 Et bonitate Dei memorata, transit ad ipsum.

In Librum Iudicum.

- 1 **A** Donibezecum, duce Iuda, vincit Hebræus.
2 **C**arpitur, & premitur gentilia templa secutus.
3 Liberat Othoniel, & Aodus tristia passum.
4 Sisara Baracum fugiens, cadit arte Iaelis.
5 Dux Abinoemides, psallensq; Debora triumphat.
6 In Madianitas Gedeonem Spiritus armat.
7 Castra tubæ sonitu trepidant, fugiuntq; caduntq;.
8 Hostibus oppressis Gedeon dominatur, obitq;.
9 Trux Abimelechus gerit vnum sanguine sceptrum.
10 Obrutus ærumnis gemit, atq; precatur Hebræus.
11 Immolat Ammonis domitor, sua viscera, natam.
12 Atq; laceffentes Ephrataeos cedit Iephtha.
13 Nascitur angelico Samson conceptus ab ore.
14 Dat Leo casus apes, iuueni sponsalia fiunt.
15 Vrit agros vulpes, sternit maxilla Philistas.
16 Vrbe fores aufert Samson, capit atria captus.
17 Hære Michas fabricat simulachra, fouetq; Leuitam.
18 Visa rapit Dani tribus, & Laim occupat urbem.
19 Cruda stupri passim Gabaei signa locantur.
20 Beniamina tribus, sceleris patrona, feritur.
21. Relliguis profugæ, pereat ne tota, fauetur.

Bethle

- 1 **B**ethleam sequitur Moabitis Rutha Noemie.
 2 **E**t socrii spicas querens, fit nota Boozo.
 3 **A**ccubat ignari pedibus, laudata recedit.
 4 **F**it coniux, & auum generat Dauidis Obedum.

In 1. Librum Samuelis.

- 1 **F**let sterilis: materq;, dato Samuele, fit Anna.
 2 **L**æta canit: sobolis vitio reprehenditur Helus.
 3 **E**uigilat Domino Samuel, paretq; vocanti.
 4 **A**rca Dei capitur, Iudam superante Philista.
 5 **C**apta Deum frangit victoris, & oppida terret.
 6 **A**xe nouo geminis datur asportanda iuuenis.
 7 **C**onciliata Deo, gens vincit Hebræa Philistas.
 8 **D**egenerans spreto Regem sibi numine poscit.
 9 **C**onsulit amissis Samuelem Saulus asellis.
 10 **V**ngitur in Regem, populoq; vidente probatur.
 11 **D**issipat arma Nahæ, stabilit victoria regnum.
 12 **S**e docet innocuum Samuel, populumq; reprendit.
 13 **G**rande Philista parat bellum, deest ensis Hebræo.
 14 **P**ugna fauet Ionathæ, mortem patris ira minatur.
 15 **R**eijcitur, parcens Agago sine numine, Saulus.
 16 **V**ngitur Isaidum minimus, regi q; ministrat.
 17 **F**ert caput in Solymas domiti crudele Golie.
 18 **V**rbs celebrat iuuenem, socer indignatur, & odit.
 19 **V**ult generum perimi: latet arte Micholis, abitq;.
 20 **N**il opis inueniens Ionathas, fuge, dicit amico.
 21 **D**at profugo panes Noba, Rex Achis est breuis ho-
 22 **I**t vagus Isaides, sanctos fodiente Doego. (spes.
 Subueo

- 23 Subueniens Ceila, Saulum fugit, atq; Zipheos.
 24 Scissa Chlamys regi Dauidica pectora monstrat.
 25 Helcanides moritur: sapit vxor larga Nabali.
 26 Vita manet lento, rapitur Scyphus, hastaq; Saulo.
 27 Dauid Achin rogitans, Sicelegidas accipit edes.
 28 Bella timens Cifides, Samuelis consulit vmbra.
 29 Militiæ socium nolunt Dauida Philistæ.
 30 Cedit: & inquirens Amaleci furta, reportat.
 31. Post tria natorum perit ense cadauera Saulus.

In 2. Librum Samuelis.

- 1 **N**vncia labra necans Dauid, lugubria cantat.
 2 Rex fit in Hebrona Iudæ, Saulita repugnat.
 3 Abner ab hoc ad eum vadens, cadit ense Ioabi.
 4 Mors Isbosethi latronum morte piatur.
 5 Sceptra dat Israel Dauidi, pugna Sionem.
 6 Arca venit, cadit Oza, timet Rex, deniq; gaudet.
 7 Pace fruens, templi meminit: Deus omnia firmat.
 8 Et fauet, vt cunctos superet feliciter hostes.
 9 Reliquias Sauli conquirat, amatq; fouetq;
 10 Prælia, dum non vult solatia, mittit Hanoni.
 11 Bethsabeen captans, Vrian obijcit hosti.
 12 Increpat, & reficit fassum delicta Nathanus.
 13 Pressa dolet Thamar: cæso, fugit Absalo, fratre.
 14 Regis in aspectum redit, impetrante Ioabo.
 15 Ambitione mouet populum, fugat vrbe parentem.
 16 Siba dolos profugo, Semeus conuicia dicit.
 17 Achitophel pendet, Chusai vox prælia differt.

Pugna

Ca.

IN I. LIB: REGVM.

- 18 Pugna fit, in quercu tremit Absalo, saucius hastis.
19 Supplicibus parcat reducis clementia regis.
20 Fraus Amasan perdit, fugitiua rebellio Sibam.
21 Saulica stirps moritur cruce: cæde Philista domatur.
22 Rex Domino Psalmum superatos dicit ob hostes.
23 Sermo recensetur Dauidis, & aulicus Heros.
24. Millia peste Deus minuit numerata virorum.

In I. Librum Regum.

- 1 **P**oscit Adonias, Salomon fert sceptrum parentis.
2 **A** moriente capit mandata, necatq; nocentes.
3 Fit sapiens voto, matres examinat astu.
4 Dat loca præfectis, sumtus facit, & sacra scribit.
5 Saxa parat templo, preciosaq; ligna struendo.
6 Septimus ingentem structuram perficit annus.
7 Regia fit, templo decus additur, atq; supellex.
8 Arca subit, nebulamq; trahit: Rex orat, & offert.
9 Audit, eumq; monet Deus: ille ter immolat anno.
10 Quod regina Sabæ rogat, omne scit: affluit auro.
11 Credulus vxorum dijs, irrita regna meretur.
12 Deficit Israel, Roboas dominatur Iudæ.
13 Ieroboæ vitulos damnat, moriturq; Propheta.
14 Fata canuntur, obit Roboas, succedit Abias.
15 Afa patri præstat, Nadabum ferit ense Baasa.
16 Ceditur Ela, fugit Zambrus, creat Amrus Achabum.
17 Imperat Elias, coelum, far, mors quoq; paret.
18 Ense ministerium surdi necat omne Baalis.
19 A Iesabele fugit, Dominum videt, vngit Elisam.

B

Bk

- 20 Bis Syrios vincens, Benadado parcit Achabus.
 21 Se Deus ulturum Nabothi fata minatur.
 22. Sentit Achabus, obit bello, Iosaphatus in vrbe.

In II. Librum Regum.

- 1 CVM famulis dat Ochozias idolatra poenas.
 2 Spiritus Eliae rapti comitatur Elisam.
 3 Ioræ præfertur Iosaphatus, vincit vterq;
 4 Dat viduæ vates oleum, Sunamitidi gnatum.
 5 Lepra Naamanis, fit auari poena Giezi.
 6 Nat ferrum, Syrii cæcantur, manditur infans.
 7 Diffugit obsidio, spolijs Samarita potitur.
 8 Campus eget, moritur Syriæ rex, & duo Iudæ.
 9 Cum Iora Iesabel cadit impia, vindice Iehu.
 10 Nemo Baalis amans superat, neq; natus Achabo.
 11 Frangitur Athaliae violentia, Rex fit Ioas.
 12 Ædificat: data post Hasaeli dona, necatur.
 13 Iehuidæ Ioas succedit, & orat Elisam.
 14 Victor Amasie moritur, victum fuga perdit.
 15 Azarian Ioathas, Zachariam quinq; sequuntur.
 16 Hostibus Assyrium geminis opponit Achazes.
 17 Ducitur Israel Medas captiuus ad vrbes.
 18 Ezechie Solymas vult Sennacheribus ademptas.
 19 Rex pius orat, adest Dominus, necat angelus hostes.
 20 Mors retro, Solq; fugit: Babylonius officit hospes.
 21 Impius accersit, cum prole, flagella Manasses.
 22 Curat Iosias sacra tecta, librumq; repertum.
 23 Prælegit, & seruat: peregrè cadit, atq; Ioachas.

Post

Ca. IN I. LIBS PARALIPOM:

- 24 Post patris ærumnas, Ioachimus ducitur exul.
25. Rege Zedecia, Solymas Babylonia vastat.

In I. Librum Paralipom:

- 1 STirpis ad Isacidæ ab Adamo ducitur ordo.
2 SIsaus à Iuda gradibus numeratur auitis.
3 Isaio Reges numerantur sanguine creti.
4 Iudaicæ tribui Simeonica iuncta refertur.
5 Inde Ruben canitur, cum Gado, parsq; Manassæ.
6 Atq; Leuitarum, sacris operosa, propago.
7 De reliquis tribubus sermo contexitur vnus.
8 Beniamina, domum Sauli, repetita recenset.
9 Officium Mystæ varium datur, atq; Leuitæ.
10 Bella Philistæi Saulum cum prole trucidant.
11 Rex fit, & heroo stipatur milite Dauid.
12 Sunt profugo socij, fauet omnis natio Regi.
13 Hospes Obededomus venientem suscipit Arcam.
14 Arx fit, & augetur Rex prole, feritq; Philistas.
15 Ingrediente, Michol saltantem despicit, Arca.
16 Ille Deo Psalmum canit, instituitq; ministros.
17 Templum structurus, monitore Nathane quiescit.
18 Regibus & populis ereptum, consecrat aurum.
19 Ob male derisos legatos, punit Hanonem.
20 Serra necat Rabba ciues, tria bella Philistas.
21 Angelus ense ferit numeratæ millia terra.
22 Quicquid opus templo faciundo, Dauid adornat.
23 Certa sacerdoti dat munia, certa Leuitæ.
24 Aronitarum geminus describitur ordo.

B 2

Tres

Ca. IN II. LIB: PARALIPOM:

- 25 Tres sunt cantorum varia vice, sorteq; classes.
26 Ianitor ad sacræ decernitur ostia sedis.
27 Mensibus æquate, variant cum principe turme.
28 Vt templum faciat Salomon, patris ore monetur.
29. Sumtus adest, gnato David benedicit, obitq;.

In II. Librum Paralipom:

- 1 IN Gabaone datur cupido sapientia Regi.
2 Ligna, fabriq; nouam Domini quærentur ad ædem.
3 Conditur in Moria, gemini patet ala Cherubi.
4 Post Altare, boum mare, candelabraq; fiunt.
5 Ducitur Arca, sonat Domini laus, gloria prodit.
6 Orat eum Salomon, vt templi prosperet vsus.
7 Annuat igne Deus, responsaq; reddit in vmbra.
8 Oppida Rex munit, sacra digerit, accipit aurum.
9 Mira scit, aurea cuncta facit, moriensq; relinquit.
10 Scinditur Israel, Roboa minitante flagellum.
11 Ieroboæ sceptrum datur, amouet arma Semeias.
12 Degeneres Solymæ spoliantur, Rex fit Abias.
13 Ieroboamq; Dei vincens ope, semine crescit.
14 Asa piæ cultor pacis, fugat agmina Zaræ.
15 Azariæ monitis pia Rex facit, impia tollit.
16 Pressus adit Syriam, reprehensus stringit Hananum.
17 Iudam lege Dei Iosaphatus munit, & armis.
18 In Syrios pugnat, suasu pereuntis Achabi.
19 Erroris monitus, sacra passim, iuraq; firmat.
20 Ammonem, Moabum, Seirumq; precando trucidat.
21 Plectitur ob cæsos fratres, simulacraq; Ioras.

Iehua

Ca. IN II. LIB. PARALIPOM:

- 22 Iehus Ochoziam, cum stemmate delet Achabi.
23 Athalian Ioæ necat vinctio, sacraq; purgat.
24 Degenerans Regis pietas, dat sanguine poenas.
25 Exul Amasias lesa fit numinis aura.
26 Tollitur Osius humilis, premiturq; superbus.
27 Edificat Ioathas, pius est, Ammonaq; vincit.
28 Immolat idolis Rex ærumnosus Achazes.
29 Ezechias veris instaurat cultibus ædem.
30 Conuocat, & populo facit ingens Pascha frequenti.
31 Phana prophana cadunt, sacros alit ara ministros.
32 Vim parat Assyrius, terit Angelus arma tyranni.
33 Clade Manassæus resipit furor, occidit Amon.
34 Est sacra Iosæ, cum templo, pagina cordi.
35 Nobile Pascha facit, temere mouet arma, caditq;.
36. Posteritas capitur, iacet vrbs ad tempora Cyri.

In Appendicem.

1. **I**ndignus veniam petit à misereunte Manasses.

In Esram.

- 1 **C**yrus Iudeos Solymis, prædamq; redonat.
2 In patriam reducum stirpes numerantur, &
3 Ara fit, & festum, iacto fundamine templi. (vrbes.
4 Impia turbat opus prauis vicinia techuis.
5 Dux reparat vatum suasu: res fertur ad aulam.
6 Cœpta Darius habet rata: stat domus, azyma fiunt.
7 Esra pius Solymas petit, Artaxerxe fauente.
8 Qui comites fuerint, tulerint quæ dona, recenset.

B 3 Mixta

- 9 Mixta videns populi connubia, plangit, & orat.
 10. Pœnitet Hebræos, gentilis pellitur vxor.

In Nehemiam.

- 1 **P**RO misero populo Nehemias anxius, orat. (dat.
 2 **L** Impetrat, vt Solymas abiens, nouamœnia cono
 3 Pars sua cuiq; datur : portæ, muriq; struantur.
 4 Vim Sanaballa parat: precibus labor instat, & armis.
 5 Diuitis vsuram Nehemias tollit egeno.
 6 Vitat amicitias gentiles, perficit urbem.
 7 Custodes statuit muro, populumq; recenset.
 8 Lex sonat, auditor gemit, imperat Esra tabernas,
 9 Suppliciter bonitas Domini, celebrata, rogatur.
 10 Et firmum legis seruanda fœdus inicitur.
 11 Qui Solymas habitent, cognataq; dicitur, arua.
 12 Fit Chorus à Sanctis, cum Zorobabele reuersis.
 13. Lex alienigenas fugat, vrget Sabbatha Zelus.

In III. Librum (vt dicitur) Esræ.

- 1 **P**OST pia Iostæ, capiuntur, scepra, nepotes.
 2 **L** Cyrus ijs patriam reddit, dolet hostis, & obstat.
 3 Tres iuuenes certant, huic vinum forte videtur.
 4 Illi Rex, alij mulier: vis vera triumphat.
 5 Zorobabel reducum Dux, templum condere tentat.
 4 Pergit, & hoc vatum suasu facit, atq; Darij.
 7 Stat domus, & sacra fit, Paschalis ceditur agnus.
 8 Esra venit Solymas, thalamorum scandala deflet.
 9. Semouet vxores peregrinas, sacraq; tradit.

- 1 **E**Sra Dei iussu repetens bona, dura Prophetat.
- 2 Spretus ab Hebræis, spem Christi gentibus offert.
- 3 Cur Babylon regnet: famulante Sione, rogatur.
- 4 Abdita scrutantem vir cœlicus arguit. Esram.
- 5 Signa tremenda canit, perplexa problemata soluit.
- 6 Omnia se dicit præscisse, creasseq; solum.
- 7 Angusto fidei docet æthera tramite scandi.
- 8 Et propria culpa pereuntes quosq; perire.
- 9 Iudicij signum datur: est in floribus Esra.
- 10 Orba flet, vrbs oritur: stupet, instruiturq; Prophetæ.
- 11 In somnis Aquilam videt, iratumq; Leonem.
- 12 Euigilans audit, nocturna quid omnia signent.
- 13 Heroemq; mari surgentem, doctus Iesum,
- 14 Ætherei Calicis vi sacra volumina dictat.
- 15 Discit ab ore Dei plagas, memoratq; futuras.
- 16 Impia regna minis terret, pia pectora firmat.

In Tobiam.

- 1 **E**Xulat, & pius est Tobias, seruit egenis.
- 2 Funera dat tumulis, fert tristia scommata cæcus.
- 3 Optat obire: dolet pro septem Sara maritis.
- 4 A patre Tobias pietatem filius audit.
- 5 Paret, abitq;, petens socio Raphaele Gabelum.
- 6 Piscis ab ore pauet, saluus connubia discit.
- 7 Hospes ei Raguel fit, nec socer esse recusat.
- 8 Coniugium precibus Tobias, Saraq; firmant.
- 9 Æs pro Chirographo reddit conuiua Gabelus.

- 10 Sollicitat charos gnati mora longa parentes,
 11 Gaudia fert rediens, & patri lumina reddit.
 12 Dona parant comiti, patet Angelus, astraq; scandit.
 13 Ore Deum celebrat genitor, Solymisq; Prophetat.
 14. Filius admonitu pius est, Niniuenq; relinquit.

In Iudith.

- 1 **A**Ssyrius victo Medorum rege superbit.
 2 Cunctaq; regna sibi duce vult Holoferne sub
 3 Plurima se dedit gens, victor destruit aras. (acta.
 4 Territus Israel precibus se munit, & armis.
 5 Quis Deus huic adsit, monet Achior, & mouet iras.
 6 Traditus Hebraeis, ducis ausa tyrannica narrat.
 7 Bethuliae ciues sitis, obsidioq; fatigat.
 8 Roborat infirmos Iuditha, iubetq; precari.
 9 Et petit, vt Dominus viduam se firmet in hostem.
 10 Comta foras tendit, visam Dux protinus ardet.
 11 Querit, & effugij praetextum credulus audit.
 12 Mittitur oratum Iuditha, vocataq; coenat.
 13 Truncato victrix Holoferne recedit, ouatq;
 14 Figitur in muris caput, hostibus ingruit horror.
 15 Fit fuga: nactus opes, Heroida laudat Hebraeus.
 16. Psallitur, & memori colitur victoria festo.

In Esther.

- 1 **R**Eijcitur Vasthis, nolens parere marito.
 2 Regis Edessa thoro placet, ausos cedere prodit.
 3 Omnibus excidium molitur Hamanus Hebraeis.

Flagitat

- 4 Flagitat auxilium trepidans Mardoehus Edessa.
 5 Rex ab ea socio conuiuia vocatur Hamano.
 6 Pro veteri merito, Mardoehus honore potitur.
 7 Quam parat innocuis, poenā cruce pendit Hamanus.
 8 Orat Edessa, datur iudæis robur in hostes.
 9 Pluribus occisis, festum Solenne sacratur.
 10 Proximus Assuero Mardoehus, somnia pandit.
 11 De tonitru, pugnaq; Draconum, fonteq; visa.
 12 Diligitur fabricis Bagathæ, Tharæq; relectis.
 13 Rege iubente necem, pro charis orat Hebræis.
 14 Pro populo tristis Domino quoq; supplicat Esther.
 15 Regis in aspectu collapsa stupore, probatur.
 16 Ille nouum scribens mandatum, saluat Hebræos.

In Iobum.

- 1 **T**entator placidum spoliat grege, proleq; Iobum.
 2 Exprobrat vxor ei scabiem, tristantur amici.
 3 Indignante miser natalem pectore damnat.
 4 Iusta Dei manus est, Eliphaz ait, ergo feratur.
 5 Dat mala cuiq; malo, reliquis bona: vulnera sanat.
 6 Plura ferens meritis Iobus, reprehendit amicos.
 7 Et breuis innumeros vitæ gemit esse labores.
 8 Non nisi peccantes puniri, Baldadus inquit.
 9 Ante Deum Iobus nihil insons esse fatetur.
 10 Attamen, ipse suum cur frangat plasma & requirit.
 11 Sons es, ait Sophar, melius conuersus habebis.
 12 Cuncta, refert Iobus, subigi quis numine, nescit &
 13 Arguit erroris, Domino confisus, amicos.

B S Vitam

- 14 Vitam deplorat miseram, mortemq; precatur.
 15 Esse vir insipiens, Elipha censore, putatur.
 16 Increpat austeros, patiens sine crimine poenas.
 17 Duraq; non merito, queritur, sibi fata venire.
 18 Baldadus in Iobo fore, quo perit impius, inquit.
 19 Iobus iniqua pati se dicit, & aethera sperat.
 20 Sophar ait, brevis est laus, & fortuna malorum.
 21 Afferit, exemplis fretus, contraria Iobus.
 22 Pro meritis Eliphas ait, es miser: exue culpam.
 23 Ille vel aetherio, mundum se, iudice sperat.
 24 Et sceleratorum poenas, cum crimine, dicit.
 25 Non ibi purus homo, neq; Sol est, Baldadus inquit.
 26 Iobus ait, nunquid tu consul es omnipotentis?
 27 Me bene conscia mens iuuat, impia turba peribit.
 28 Aes reperitur humi, Domini sapientia dos est.
 29 Pro meritis, nuper felix, cumulabar honore.
 30 Nunc premor, & spernor miser, & sum fabula vulgi.
 31 Innocuus labijs, oculis, pede, corde, manuq;
 32 Iunior est reliquis, tamen arguit Elius omnes.
 33 Praecipue Iobi fidentia dicta reprendit.
 34 Iustus (ait) Deus est: tua te blasphemia culpatur.
 35 Nil homo sanctus ei confert, nihil impius aufert.
 36 Iure potente regit tumidos, cum plebe, tyrannos.
 37 Grande tonat, ningit, pluit, & spiramina fundit.
 38 Quid sapiat Iobus, Deus ipse per aethera tentat.
 39 Quadrupedes, & aues memorat: premit ille labellum.
 40 Mutus ei, Behemos quem, Leviathanq; tremiscit.
 41 Robore terribili superans, quodcumq; superbit.
 42. Cum venia, Iobus duplicata sorte potitur.

- 1 **L**ex Domini palmam rigat, est gens impas puluis.
 2 Quid fremitis? Christo regi seruite tyranni.
 3 Multiplici Dominus vexatum seruat ab hoste.
 4 In cruce mirificat sanctum Deus, impius errat.
 5 Intereat mendax, verax Ecclesia viuat.
 6 Agnita culpa genit, venia spem nacta quiescit.
 7 Digna mimis Semei pius exul fata precatur.
 8 Qui minor est superis, pede cuncta minora videbit.
 9 Hoste Deus pulso celebratur, porro sit vltor.
 10 Negligat aduersas mens numine freta sagittas.
 11 Ora Deo sileant fallacia, vera loquantur.
 12 Triste cor à Domino lumen petit, atq; leuamen.
 13 Quem negat insipiens, Deus est, videt omnia vindex.
 14 Corde bonus, linguaq; manuq; sit hospes Olympi.
 15 Saluus ab inferno Christus, post fata, redibit.
 16 Nos regat ille suo, tollatq; pericula, verbo.
 17 David cum multo celebrat defensus ab hoste.
 18 Hinc Euangelij vox mille feratur in oras.
 19 Vota pij Regis Deus audiat, arma secundet.
 20 Sceptra geret Christus, domitorem sentiet hostis.
 21 Passus obit, rediens letissima nuncia spargit.
 22 Est quasi pastor, oues rigua nos pascit in herba.
 23 Omnis eum tellus amet, altaq; ianua Regem.
 24 A Domino petitur via, gratia, tutaq; vita.
 25 Defendi pietas, ne turbet hypocrisis, optat.
 26 Luce, domoq; Dei gaudens, hostilia spernit.
 27 Orat ab insidijs Ecclesia tuta foueri.

Omnis

- 28 Omnis homo Christum, ne confringatur, honoret.
 29 Laus Domino canitur, reducis pro munere vitæ.
 30 Anxietas animæ solatia tuta requirit.
 31 Dicitur, estq; salus, diuina remissio culpæ.
 32 Pro bonitate Deus celebratur, præside secli.
 33 Laudes pro donis quoq; spiritualibus audit.
 34 Vt domet osos Christi, comitumq; rogatur.
 35 Fraude scatet mundus, Deus est fons, luxq; piorum.
 36 Impietas felix (irasci desine) transit.
 37 Conscia mens veniam petit, & cruciata quietem.
 38 Scandala felicis mundi superare docemur. (gnat.
 39 Christus agit, quod vult pater, & post funera res
 40 Qui bonus est inopi, bene: peius iniquus habebit.
 41 Ceruus aquam, Domini vultum desiderat exul.
 42 Obsecrat, vt sanctam reditus sibi detur ad aram.
 43 More patrum, domitos Ecclesia postulat hostes.
 44 Sponsi regalis describitur aurea Sponsa.
 45 In Domino vis est, qua vincitur omne periculum.
 46 Plaudere gens omnis, Christo veniente, iubetur.
 47 Protectore Deo, manet arx inuicta Sionis.
 48 Impius ære nihil, nec honore, leuatur ab orco.
 49 Non holocausta cupit, grato Deus ore colendus.
 50 Peccator veniam, Sancto cum Flamine, poscit.
 51 Gloria, stante pio, tumidi ruet alta tyranni.
 52 Nulla salus hominum, nisi detur ab arce Sionis.
 53 Auxilium contra violentos quæritur hostes.
 54 Pressus opem Christus petit, aduersisq; minatur.
 55 Mille minas hominum, Domini fiducia spernit.

- 56 Dans miseris vmbra, canitur Deus, atq; rogatur.
 57 Impius arguitur veri grex dogmatis osor.
 58 Crudeles, & falsiloquos oratur in hostes.
 59 Grates, pro dono regni felicis, aguntur.
 60 Vt bene sit Regi, cœlestis poscitur aura.
 61 Nil homines possunt, diuina potentia saluat.
 62 David abest templo, queritur, reditumq; precatur.
 63 Consilijs hominum prauis pia vota repugnant.
 64 Sacro pro verbo sonat, & pro frugibus, hymnus.
 65 Iubila grata Deum clebrant, in agone iuuantem.
 66 Omnibus optatur populis benedictio Christi.
 67 Munifici canitur victrix ascensio Regis.
 68 In cruce nostra luens Christus delicta, precatur.
 69 Vt Synagoga furens cadat, & pia concio surgat.
 70 Salua manere senex Ecclesia sperat, & orat.
 71 Quanta sit, & qualis, memoratur, regia Christi.
 72 Præstat habere Deum, ne spectes gaudia mundi.
 73 Vim patiens, cœlos Ecclesia questibus implet.
 74 Fex calicis reprobos manet: est breue, quod pius haur
 75 Tuta Sion Domino manet irascente tyrannis. (rit.
 76 Firmat in ærumnis sanctos tutela priorum.
 77 Fidere prisca docet nos diffidentia plagis.
 78 Puluerulenta iacens Ecclesia, supplicat astris.
 79 Vineæ, passa sues, petit à pastore medelam.
 80 Adiuuat orantes Deus, est osoribus asper.
 81 Non impune feret, temere grassata potestas.
 82 Quas vetus, has templi nouus hostis sentiat iras.
 83 Chara Dei nobis sint atria, saluaq; constant.

Suenit

- 84 Suevit vt ante Deus, miserescere porro rogatur.
 85 Lege regi David petit, esseq; saluus ab hoste.
 86 Firma Sion varias per linguas imperat orbi.
 87 Anxia mens contra mortem solatia querit.
 88 Rex canitur Christus, vastator abesse iubetur.
 89 Culpa sub aerumnis gemit, ignosciqu; precatur.
 90 Nulla Deo fisum tangent mala, saluus abibit.
 91 Transit, vt herba, malus: Palma stat robore iustus
 92 Obtinet imperium, reboent licet aquora, Christus.
 93 Ultio pratumidos diuina vocatur in hostes.
 94 Christo, cuius oues sumus, exultare iubemur.
 95 Omnis terra nouum canat, ob noua gaudia, carmen.
 96 Leta sit, & iusto sub principe crimina vitet.
 97 Musica promissam celebret numerosa salutem.
 98 Templata fremente tuens mundo, Rex laude vehatur.
 99 Iubila vult ouium Pastor, bonitate perennis.
 100 Iustus amat iustos Rex, œconomusq; ministros.
 101 Passa crucem, Domino gemitus Ecclesia fundit.
 102 Gaudet, agitq; Deo miseranti mens pia grates.
 103 Laudatur sapiens rerum tot in orbe creator.
 104 Prestita Sarigene populo benefacta canuntur.
 105 Punijt auersum Deus, estq; subinde misertus.
 106 Dicitur, aerumnis quod opem ferat omnibus vnus.
 107 Salui laus templi, sceptriq; refertur ad astra.
 108 Crux manet osores Christi, pia turba valebit.
 109 Ad dextram Domini Christus sedet, aspera passus.
 110 Grata Deo vera pro religione canuntur.
 111 Sors benedicta pijs promittitur, aspera prauis.

Respicieus

- 112 Respicens humiles, Deus altus laude vehatur.
 113 Exodus Ægypti Domino præconia dicit. (tur.
 114 Quando iacemus, adest Deus, & leuat: ergo voces
 115 Vera fides loquitur, Calicem bibit, & benedicit.
 116 Firma Dei bonitas iubet omnes psallere gentes.
 117 Allicit exemplo nos, fretus numine, Christus.
 118 Diuini canitur laus, atq; potentia verbi.
 119 Fratibus à falsis cupit, hereticisq; leuari.
 120 Qui Domino fedit non dormitante, iuuatur.
 121 Prædicat, esse domum Solymis, vbi sacra docentur.
 122 Suspicit ætherium patiens Ecclesia regem.
 123 Nil, præsentè Deo, mundi nocet ira furentis.
 124 Virga premens iustos, à vindice fracta, peribit.
 125 Seminat in lacrymis Ecclesia, messis ouabit.
 126 Nil labor ædificat, Domini benedictio ditat.
 127 Disce timere Deum, gaudebis prole beatus.
 128 Sæpe sub hoste iacens pietas, it deniq; victrix.
 129 Peccati veniam mens, obruta mole, precatur.
 130 Cor, oculosq; gerens humiles, spe sydera tangit.
 131 Pro templo, regnoq; preces promissio firmat.
 132 Suauius vnguento fratrum concordia spirat.
 133 Voce manuq; Deum laudent orante ministri.
 134 Laude vbi Dominus (valeant idola) meretur.
 135 Mille Dei grato celebrantur munera versu.
 136 De Babylone gemit capti querimonia Iudæ.
 137 Est Euangelium quoq; regum carmine dignum.
 138 Cuncta scit, est passim Deus, ingruet hostibus vltor.
 139 Bella mouens, pereat: Dominus tueatur incermem.

Dogmata

Ca. IN PROVERBIA SALO:

- 140 Dogmata vera probans, aboleri falsa precatur.
141 Circumuentus opem petit atro carcere David.
142 Iudicium metuens, optat peccata remitti.
143 Gratus in imperio, petit, impia prauaq; tolli.
144 Laus miseratorem canit, esurientibus alimum.
145 Fidere principibus noli, Deus omnia prestat.
146 Laudetur sanans animas, & corpora pascens.
147 Laudetur pacem dans, & sua verba Iacobo.
148 Cœli, cum terris, Domino preconia dicant.
149 Psallat ei, verbo domitans Ecclesia gentes.
150 Sanctum propter opus, laudetur ubiq; Iehoua.

In Prouerbia Salomonis.

- 1 **N**E sociere malis, sapientia te vocat, audi.
2 Si scrutatus eam fueris, bona multa capeffes.
3 In Domino sapias, & gratificare propinquo.
4 Cœpta semel, crescat sapientia: turpia vites.
5 Scorta caue, fontis bona diuide, coniuge gaude.
6 Pres, & iners ne sis: fuge sex mala, sis nec adulter.
7 Legis amans, scorto ne credas, ducit ad orcum.
8 Clamat, amatq; suos carpi sapientia fructus.
9 Querit conuiuas, mulier quos stulta laceffit.
10 Iustus opes viuum, cum lingua, vertit ad vsu.
11 Diuersus labor est, mercesq; bonisq; malisq;.
12 Impius, & iustus non vna sorte fruuntur.
13 Os rege, iure para, quo viuas: corrige prolem.
14 Sentit, agit, loquitur sapiens contraria stulto.
15 Mitis homo, patiensq; Deo, populoq; probatur.

Occidet

Ca.

IN ECCLESIASTEN.

- 16 Occidet inflatus : Rex ius sciat, & bene dicat.
17 Prudens regnabit : qui lites quærit, habebit.
18 Lingua suum precium feret, est res nobilis vxor.
19 Pes sine mente volans nocet : est despectus egenus.
20 Ebrietas, furtum, blasphemaq; lingua notatur.
21 Dextra Dei cor regis habet, nihil impedit ipsam.
22 Vincit opes probitas, discat mones facta iuuentus.
23 Cum duce cautus edas : meretricem, vimaq; vites.
24 Linque malos, serua miseros, neq; negligere rura.
25 Sis humilis regi, vicino lenis, & hosti.
26 Stultus cum pigro reprehenditur, atq; susurro.
27 Propria laus sordet, nocet ira, fugitq; potestas.
28 Stat pius, obseruans legis : labetur auarus.
29 Iustis sub ducibus salua bene viuitur ara.
30 A Domino duo sunt, pietas cum pane, petenda.
31 Abstineat vimo rex, vxor honesta laborat.

In Ecclesiasten.

- 1 **O**Mnia vanescunt, etiam sapientia mundi.
2 Cura subit studijs, quibus est quesita voluptas.
3 Tempore res fiunt, hominis labor anxius errat.
4 Vis, odiumq; furit : celebs cum rege laborat.
5 Vota Deo presta : moriens nil tollet auarus.
6 Desipit, inter opes vitam qui ducit egenam.
7 Stultus ouat, sapiens flet, iniquo cardine rerum.
8 Disce timere, dei fiet patientia vindex.
9 Omnia mixta videns, speret pius, & bene viuat.
10 Regnando stultus, puer, & rex ebrius obsunt.

C

Diuide

11. Diuide, iam quod habes : sors est incerta futuri.
 12. Blanda iuuenta perit, placeat Deus omnibus annis.

In Librum Canticorum.

1. **Q**uerit amore suum flagrans Ecclesia Sponsum.
 2. Tuta sit à strepitu requiescens, vere resurgat.
 3. Euigilans querit dilectum nocte per urbem.
 4. Sponsus odorifero dilectam comparat horto.
 5. Queritur, & cunctis absens praefertur amicis.
 6. Hortus eum pulcræ, dantem præconia, reddit.
 7. Gaudet adherentis sermone, fauoreq; sponsa.
 8. Ardet vt ignis, aquas omnes dilectio vincit.

In Librum Sapientia.

1. **R**egibus iniustis mala, blasphemisq; minatur.
 2. Impia vis, luxu petulans, post fata dolebit.
 3. Passus habet requiem iustus, plectetur adulter.
 4. Apta pio cita mors, peior fit serior ætas.
 5. Impia turba, videns iustos florere, queretur.
 6. Est luitura Deo poenas, malè gesta potestas.
 7. Par hominum genesis, par mors : sapientia differt.
 8. Hanc adolescentes primis scrutentur ab annis.
 9. Nil rectè sapimus, precibus nisi detur ab astris.
 10. Iuuat, & euexit priscos sapientia patres.
 11. Sana medela pijs fuit, atra rebellibus vltrix.
 12. Iusta Dei manus est, plagis resipiscere suadet.
 13. Vana creaturas colit ara, Deosq; fabriles.
 14. Idolatriæ describitur ortus, & ortus.

Agnitione

- 15 Agnitione Dei, statuae vitantur inanes.
 16 Serua creaturae gens occidit, altera viuit.
 17 Terribiles patitur tenebras Ægyptius hostis.
 18 Integer Israel manet, inter funera Nili.
 19. Hoste cadente, pios Deus omni tempore seruat.

In Ecclesiasticum. (dest.)

- 1 **Q**uis sapit absq; Deo: timor eius ad omnia pro
 2 **M**ulta pius toleret: qui deficit, ille peribit.
 3 Morigerans patri, licito nihil altius aude.
 4 Vir pius & sapiens miseretur, veraq; dicit.
 5 Cede potens opibus, nec abutere numinis aura.
 6 Multus amicitiae dolus est, saepe: sacraq; disce.
 7 Publica non ambi: proprias, age, quod decet edes.
 8 Maiorum lites fuge: da senioribus aures.
 9 Cum thalami socia, vetus asseruetur amicus.
 10 Viuitur, vt rex est: manet alta ruina superbum.
 11 Non age multa, volens ditescere: respice finem.
 12 Fac bene, cui fas est: inimico credere noli.
 13 Quere parem, pauper cum diuite vix bene viues.
 14 Semper auarus habet male: sis tibi largus, & arce.
 15 Vtilis est Domini vox, & sapit, inuia stultis.
 16 Praua nocet soboles, Deus omnes visitat hostes.
 17 Cuncta creata fouens, populis dat scepra regendis.
 18 Mira Dei vis est, miserando respicit omnes.
 19 Sperne voluptates, prestaq; silentia probris.
 20 Corripe, fars, tace: mendacia, donaq; vita.
 21 Non peccet, sine vim: stolidum dimosce, vaftrumq;.

- 22 Non audit fatuus : misero sis fidus amico.
 23 Os, animumq; regat Deus : est infamis adulter.
 24 Vult diuina capi sapientia, semper abundat.
 25 Ter tria, iuncta tribus laudat, contraria damnat.
 26 Coniuge nil melius placida, nil peius acerba.
 27 Peccat amor nummi, vox garrula prodit amicos.
 28 Ira luet poenas, & tu maledicte susurro.
 29 Mutua reddantur, gratis benefiat egenis.
 30 Castiga sobolem, bene sano corpore gaude.
 31 Æris obest studium, fuge : sis moderatus in esca.
 32 Vina bibens modicè, cane post conuiuia grates.
 33 Tutus eris, Domino fidens : tibi seruiat hæres.
 34 Somnia decipiunt, Deus est spes fida piorum.
 35 Non holocausta, Deo pia mens, vox, resq; probantur.
 36 Poena malis petitur, communio libera sanctis.
 37 Vxor honesta iuuat, pius est consultor habendus.
 38 Quod bene nutrit, edas : medicum cole, funera luge.
 39 Discere sacra volens, diuersa negotia linquat.
 40 Nil temerè fecit Deus, est suus omnibus vsus.
 41 Cætera cuncta ruunt, veri pia gloria constat.
 42 Fama, decensq; tibi pudor, & sit filia curæ.
 43 Laude creatorem vehe, quem Sol, Lunaq; monstrat.
 44 Fama Deo charos Patriarchas nunc quoq; iactat.
 45 Mosis, Aaronis, Pinehæ quoq; gloria viuit.
 46 Iosua cum socio, Samuel cum Iudice claret.
 47 Stat pius Isaiides : Salomon, Roboasq; labascunt.
 48 Eliæ comes est Eliseus, post Esaias.
 49 Laus sua Iosie datur, & Babylone reuersis.

Pontifis

50. Pontificis pietas memoratur, opusq; Simonis.
51. Auxilio laudem Deus erudiente meretur.

In Esaiam.

1 **R**ex, populusq; graui reprehenditur impius ore.
2 Gentibus in Christo pax est, idola peribunt.
3 Publica deficiet res, nuda superbia flebit.
4 Germine freta Dei, reuiescet posthuma Sion.
5 Vineae, despecto cultore, iacebit inanis.
6 Attonitus Domini mandata Propheta capeffit.
7 Vituperatur Ahas Rex, Emanuele reiecto.
8 Ethnica vis nihil est, fuge foedera, numine vinces.
9 Lux noua Christus adest, penas dabit error, & ira.
10 Syndice false caue: tumet arduus, occidet Assur.
11 Virga lupos, agnis iunctos, Iessæia pascet.
12 Gratia leta Deo canitur, pro fonte salutis.
13 Gloria regnorum Babylon, infamia fiet.
14 Pax erit Hebraeis, vindictam sentiet Assur.
15 Poena Philistaeos premet, arx Sionia stabit.
16 Anxius afflictas planget Moabita per vrbes.
17 Congerie lapidum tumulabitur alta Damascus.
18 Aethyopas bellum premet, ac sine frugibus aestas.
19 Puniet Aegyptum Deus, vt resipiscere discat.
20 Mutua spes fallit: nigra gens capietur, & alba.
21 Cum Babylone cadent Arabes, idolaq; Dumæ.
22 Obsidio Solymis instat, deiectio Sobnæ.
23 Et Tyrus, & Sidon Macedum vastabitur armis.
24 Foederis æterni contemptu plectitur orbis.

C

3

Christus

- 25 Christus adest miseris, mortem vorat, atterit hostes.
 26 Felix terra, Dei verax ubi sermo docetur.
 27 Intereat serpens, post ventos vinea crescat.
 28 Dogmatis ebrietas vexando sobria fiat.
 29 Falsa tuent Solymi, iungant pia dogmata gentes.
 30 Quid iuuet Ægyptus? Dominum pete, nemo nocebit.
 31 Spes hominum fallit, Domini fiducia saluat.
 32 Rex bene iustus aget, securas corriget vrbes.
 33 Prædo luet prædam, Deus implet vota gementum.
 34 Reges, cum populis, spernentes sacra, dehiscunt.
 35 Accipiant trepidæ gentes solatia Christi.
 36 Blasphemus Solymis Rabsaces triste minatur.
 37 Supplicat Ezechias, Deus audit, pellitur hostis.
 38 Æger opem Domini petit, et post tormina cantat.
 39 Monstrans Assyrijs thesauros, armaq; peccat.
 40 Transiit homo, Domini stat gloria, gaudeat orbis.
 41 Idolatra Deo quid coram iudice dicet?
 42 Quem pater elegit, soli sit gloria Christo.
 43 Solus Hebræorum Deus, est Deus omnibus æquus.
 44 Nil simulacra iuuant, tetra delet nubilla Christus.
 45 Unus adoretur Deus, omnia condidit vnus.
 46 Nos vterò dominus gerit (hæret imago) potenti.
 47 Alta cadet Babylon, nihil Astrologia iuuabit.
 48 Damnat hypocriticos Deus, agnoscendus ab actis.
 49 Lux hominum toto sit Christus in orbe, salusq;
 50 Reijcitur, Christum quia non agnoscit, Hebræus.
 51 Arma tyrannorum Domini fiducia spernat.
 52 Surgat, et exultet Sion ad nuncia pacis.

Christus,

- 53 Christus, ut agnus, obit pro nobis: atq; resurgit.
 54 Perpetua crescens Ecclesia pace fruatur.
 55 Qui sitit, accedat præbentem pocula Christum.
 56 Sabbathæ sancta volens, mutis Deus acre minatur.
 57 Pœna stat idolis, pacem contritio speret.
 58 Quæ ieiunia sint, quæ Sabbathæ vera & docetur.
 59 Culpa nocet precibus, bonus est Deus, vltro faueret.
 60 Surgite, lux Christi vocat ad noua gaudia, gentes.
 61 Sponsus adest, letum miseris annunciat annum.
 62 Gaudeat, & Domino Sion veniente loquatur.
 63 Victor adest, multo conspersus sanguine, Christus.
 64 Prisca Dei bonitas canitur, petiturq; futura.
 65 Spreta Iacobigenis, renouantur gentibus astra.
 66 Pro veteri cultu, toto nouus orbe docetur.

In Ieremiam.

- 1 Discit ab ore Dei Ieremias iura Prophetæ.
 2 Impius arguitur, mutato numine, Iuda.
 3 Rursus ab Idolis conuersus, pace fruatur.
 4 Vera nisi fiet conuersio, pœna sequetur.
 5 Ius iacet atq; fides: plectetur cum duce vulgus.
 6 Verba Dei nemo timet, addet verbera vindex.
 7 Impie quid templum iactas? Lex corda requirit.
 8 Nouit hirundo vices, at homo resipiscere nescit.
 9 Plaga mouet luctum, sileat iactantia mundi.
 10 Quid simulacra colis? viuus Deus omnia præstat.
 11 Transgrediens pactum, luet, insidiansq; Prophetæ.
 12 Non diuturna malis bona sors, Deus omnia versat.

- 13 Cingula, quid Iudam maneat, putrefacta loquuntur.
 14 Sicca fames instat, Ieremias orat, vt absit.
 15 Ira minas vrget, precibus tamen & sua dos est.
 16 Morte, vel exilio populus cadat, haud tamen omnis.
 17 Non homo, sed Deus est, cui fidas : sabbatha serua.
 18 Nos argilla Dei sumus : odit Iuda Prophetam.
 19 Fracta Baalicolas iubet olla, timere ruinam.
 20 Verbera pro verbis patitur, queriturq; Propheta.
 21 Rex timet obsessus, praedicat vincula vates.
 22 Iusticiam seruent reges, violando peribunt.
 23 Falsa loqui solitos, grauis increpat ira Pprophetas.
 24 Signa fauoris habet ficus bona, dura furoris.
 25 Quem bibit Israel, calicem quæ regna cauebunt.
 26 Dura minans templo vates, propè subiacet ensi.
 27 Seruiat Assyrio gens omnis, Iudaq; regi.
 28 Fallit Hananias assertor pacis, obitq;
 29 Spes reditus captis post septuaginta sit annos.
 30 Post iuga libertas promittitur, in duce Christo.
 31 Scribitur exulibus reducis spes certa salutis.
 32 Clausus agrum vates emit, vt possessio constet.
 33 Territa solatur Christi promissio corda.
 34 Fœdera libertis rumpuntur, morte pianda.
 35 Iuda Deum spernit, patrem Rechabita veretur.
 36 Quem Ioachime cremas, librum Deus asserit auctum.
 37 Nil Pharao prodest, rediens premit Assur Hebræos.
 38 Extractus fouea, regi canit abdita vates.
 39 Vrbs perit, orbatur rex lumine, proleq; captus.
 40 Godolie vates, populusq; relictus adheret.

Godoliam

- 41 Godoliam perimens astu, vix effugit Ismael.
 42 Ægyptum ducibus dissuadet adire Propheta.
 43 Vrget iter, spretis monitis, cum plebe Iohanan.
 44 Immolat idolis, neq; fata minacia curat.
 45 Dicitur infirmo solamen forte Barucho.
 46 Arma parans Pharaos, cadet aduersantibus armis.
 47 Atra Palestinis tempestas vrbibus instat.
 48 Est Moabitarum peritura vetusta potestas.
 49 Cum tumidis alijs populis, vastabitur Ammon.
 50 Malleus orbis erat Babylon, contrita iacebit.
 51 Mersus vt in fluumium lapis, vrbs Chaldaea latebit.
 52. Dicitur excidium Iudaei regis, & vrbis.

In Threnos Ieremiæ.

- 1 **D**esolata graues ciet vrbs Solymæa querelas.
 2 Luget, Sionis sceptrum, templumq; iacere.
 3 Rursus in ærumnis Dominum miserescere sperat.
 4 Dira fames planetum cunctis infantibus auget.
 5. Plaga docet, culpam fassos, exposcere pacem.

In Baruchum.

- 1 **S**acra, precesq; iubet fieri pro rege Baruchus.
 2 Poena docet, veniæ cupidas extendere palmas.
 3 Adijcitur precibus sermo, respiscere suadens.
 4 Sit patiens Sion, reducis spe freta salutis.
 5 Vrbs circumspiciat redituros leta colonos.
 6. Sunt simulacra nihil, pudeat tam vana timere.

- 1 **A**dda quadrijugis animis rota, flamine currit.
 2 Mittitur Ezechiel ad duras durior aures.
 3 Instruitur verbo, peccatis fata mimante.
 4 Obsidio lateris Solymeam denotat urbem.
 5 Terna capillorum vexatio tangat Hebraeos.
 6 Fata caduca Deus celsis denunciatur aris.
 7 Finis adest, meritas poenas idolatra pendat.
 8 Aspicit abreptus sacra detestanda Propheta.
 9 Scriba pios signat, reliquos sex spectra trucidant.
 10 Pruna datur scribe: rota cernitur, atq; Cherubum.
 11 Falsa ducum spes est: caro sunt, caritura lebetes.
 12 Ficta fugae species, veram docet esse propinquam.
 13 Pseudoprophetarum fucos reprehensio damnat.
 14 Purus ab idolis qui non est, irritus orat.
 15 Iudeos flamma dignos notat arida vitis.
 16 Lapsa minas audit, renouataq; foedera, Sponsa.
 17 Perfida sceptrum cadent, humilis plantatio surget.
 18 Iudicium Domini rectum: conuertere, viues.
 19 More Leonis agens, capitur rex more Leonis,
 20 Exprobrat ingratis Deus, et responsa recusat.
 21 Virga quid est: gladio feriat Hebraeus, et Ammon.
 22 Complodente manus Domino, peccatane stabunt.
 23 Cum Samaritano moechatus, Iuda peribit.
 24 Carnibus olla scatens, feruensq; cremabit Hebraeos.
 25 Clade Iacobigenum letantia, regna dolebunt.
 26 Spes opulenta Tyri sterilefcet, vt arida petra.
 27 Armatura potens, et mercatura peribit.

Rex

Ca.

IN EZECHIELEM.

- 28 Rex Tyrius, Sidonq; cadat: reualefcat Hebraeus.
29 Niliaci rictum compescant frena draconis
30 Sentiatur Ægyptus, Dominum punire superbos.
31 Sternetur Pharaos, tumidis ceu frondibus arbor.
32 Quos timuit mundus, mors abdit, humusq; tyrannos.
33 Præco Dei vigilet: spernens audita, videbit.
34 Pastorum pastor bonus arguit ora malorum.
35 Israeliadum vastabitur hostis Idume.
36 Gratuito Domini renouetur Iuda fauore.
37 Ossa reuiuiscunt, rediturae signa salutis.
38 Gogus Hebraeorum petet, haud sine vindice, prædam.
39 Occidet, atq; feras ingente cadauere pascet.
40 Vrbs noua monstratur, loca per dimensa, Prophetæ.
41 Effigies templi, cum sancta pingitur ara.
42 Vsiibus apta sacris, conclauia multa parantur.
43 Maiestas Domini docet, aræ iura, Prophetam.
44 Certa ministerij ratio, mercesq; notatur.
45 Quanta Dei tellus sit, quantaq; dona, monetur.
46 Porta duci, populoq; datur, statioq; precandi.
47 Fundit aquas templum, sequitur descriptio terræ.
48. Diuiditur regio, præsens Deus incolit urbem.

In Danielem.

- 1 **P**OTUS aqua Daniel, forma præcellit & arte.
2 Somnia, Chaldeis sapientibus abdita, nouit.
3 Tres iuuenes, Domino freti, seruantur in igne.
4 Arboris impletur vise prædictio regi.
5 Baldasarem, scribens manus, inter pocula, turbat.

Orat

Ca.

IN DANIELEM.

- 6 Orat, & illesus Daniel manet ante Leones.
- 7 Bis duo monstra patent, rex est super omnia Christus.
- 8 Medus adest aries, Graius quem deijcit hircus.
- 9 Supplicat, & discit Messia tempora vates.
- 10 Candidus apparet vir, reprimat angelus hostem.
- 11 Antiochus, varios post reges, polluit aram.
- 12 Antichristus eat pessum, pia turba resurgat.
- 13 Helciadem saluans, spurcos necat vltio testes.
14. Destruitur Belus, saluo Daniele, Dracoq;.

In Oseam.

- 1 Accipit uxorem moechis Osea reprehensis.
- 2 Auocat idolis Dominus, conuersio fiat.
- 3 Diligit osiores Deus, auersosq; requirit.
- 4 Delictis populi plagas vindicta minatur.
- 5 Cum duce supplicium feret idolatra sacerdos.
- 6 Percutit, vt cupidos opis olim sanet Iesus.
- 7 Degenerans, Domino medicante, peribit Hebraeus.
- 8 Ob vituli cultum, grauis instat ab Assure poena.
- 9 Accidet agra fames sterilis cultoribus ara.
- 10 Subruet idoli segetes vltoris aratrum.
- 11 Arguit ingratos Deus, & miserescere pergit.
- 12 Non, quod homo fecit: Dominus quod dixit, agatur.
- 13 Cetera cuncta nocent, solus Deus eximit orco.
14. Quere Deum supplex, conuersio rore virescet.

IN

IN IOELEM.

- 1 **T**ristia rura canit Ioel fore, tristeq; templum.
 2 Iuncta minis poena, resipiscere gratia suadet.
 3 Iudicium veniet totius gentibus orbis.

In Amon.

- 1 **A**mos vindictam canit Israelis in hostes.
 2 Peccati poenas geminis praedicit Hebraeis.
 3 Cum punire Deus vult, excitat ante Prophetas.
 4 Per varias populus discat resipiscere plagas.
 5 Moesta querela iubet peccata, timere ruinam.
 6 Ne tumeat, Sion per regna caduca monetur.
 7 Officium vatis res seditiosa putatur.
 8 Tristis auariciae tempestas, & sitis instat.
 9 Quis Dominum lateat & veniam conuersio speret.

In Abdiam.

- 1 **T**erret Edomitas, reditum promittit Hebrais.

In Ioniam.

- 1 **I**ussa Dei fugiens, Ionas a pisce voratur.
 2 Ad Dominum clamans, ex fauce repromittitur orei.
 3 Voce Dei trepidam, Nemiuen conuersio saluat.
 4 Improbat iratum Domini miseratio vatem.

In Micheam.

- 1 **O**cimit idolis ventura pericla Micheas.
 2 Damnat opum fraudes: ouibus promittit ouile.
 Culpat

Ca.

IN MICHEAM.

- 3 Culpat auariciam regis, ducis, atq; Propheta.
- 4 Pax erit in Christi regno, crux præuia transit.
- 5 Bethla parit Regem, cui totus pareat orbis.
- 6 Nil holocausta valent, fidei iungamus amorem.
7. Impius arguitur, misero solatia dantur.

In Nahum.

- 1 Dura canit Niniue, iude bona fata Nahumus.
- 2 Robore falsa suo, raptaspoliabitur ere.
3. Sanguinolenta, rapax, & mendax, igne peribit.

In Habacucum.

- 1 Mista querela minis Habacuci sperat, & orat.
- 2 Fide Prophetia, veniet: fiducia viuet.
- 3 Impia perdet opes Babylon, ædesq; superbas.
4. Laudibus & precibus colitur Deus, æquus in ira.

In Zephaniam.

- 1 Fecibus herentes Zephaniae terret Hebræos.
- 2 Ad resipiscendum vocat, & sacra gentibus offert.
3. Dura malis mimitans, de Christo mollia fatur.

In Haggæum.

- 1 Præcipit, vt templū condant, Haggæus Hebræis.
2. Instat, & aduentū Christi docet esse propinquum.

In Zachariam.

- 1 In patriam rediens, Zacharias firmat Hebræos.
- 2 Vult habitare Deus Solymas, à gentibus auctas.
- 3 Soraidus induitur speciosa veste Sacerdos.

Zerobas

- 4 Zorobabelus inops ingentia mœnia condat.
 5 Charta volat, modio procul impia scœmina fertur.
 6 Sunt in equis venti: templum stat, rege Zemabo.
 7 Ieiunare docet Deus, & vetat impia facta.
 8 Vrbs Solymœa viris iterum, puerisq; redundet.
 9 Hostibus euersis, placidè regnabit Iesus.
 10 Vota petant imbrem, pastor malus audiet iram:
 11 Igne cadet Libanus: venundatur ære Iehoua.
 12 Pœna manet reprobos, confirmat spiritus ægros.
 13 Fons peccata lauet: cæso pastore, fugit grex.
 14. Vrbs capiatur, erit toto rex vnus in orbe.

In Malachiam.

- 1 **C**ulpam auariciam Malachias sacra docentium.
 2 Pœna ministerij comes est, thalamiq; reiecti.
 3 Aduentu Domini resipiscat terra propinquo.
 4. Impius uretur, conuersus Sole fruatur.

In I. Librum Machabæorum.

- 1 **I**mperat Antiochus Solymis idola subactis.
 2 Clade Mathathias dolet, armaq; corripit ultor.
 3 Cœpta sequens Iudas patris, hostibus acriter instat.
 4 Victor ab ijs rediens, holocaustis innouat aram.
 5 Gentibus infestis cum fratre Simone resistit.
 6 Mors rapit Antiochum, Solymœis vim facit heres.
 7 Demetrii cæsis ducibus, Iudæa quiescit.
 8 Iudas cum Roma socialia fœdera iungit.
 9 Pugnat, obitq;: subit Ionathas, pax prælia finit.

Chorus

Ca.

IN II. MACHABÆORVM

- 10 Charus Alexandro, Demetrio odit vtrunq̄.
11 Trux Ptolemæus obit, Ionathæ fauet Antiochus rex.
12 Sparta fidem seruat, manus est peritura Tryphonis.
13 Fatre iacente, Simon succedit, & occupat arcem.
14 Demetrius capitur, floret duce terra Simone.
15 Antiochus, contra promissa, minatur Hebræis.
16. Fraude Simon generi cadit, hospes ab hospite cæsus.

In II. Machabæorum.

- 1 **G**Audeat externus, quia patria floret, Hebræus.
2 **A**bdita cum libris sacra, prædicat esse reperta.
3 Pro gaza plagam tulit Heliodorus equestrem.
4 Pellitur Onias, à Iasone sacra stuprantur.
5 Antiochus cædem Solymis facit, atq; rapinam.
6 Sacra Dei prohibet: nolentes cedere, plectit.
7 Cordatos septem iuvenes cum matre trucidat.
8 Arma capit Iudas, frangitq; Nicanoris arma.
9 Arduus Antiochus diuina sternitur ira.
10 Vrbs iterum colitur: sacra, bellaq; prospera fiunt.
11 Victus mit Lysias cum Iuda fœdera pacis.
12 Fœdis fragos gladio Machabæus perdit, & igne.
13 Transfuga punitur, furit Eupator, & fit amicus.
14. Vltio pessundat blasphema Nicanoris arma.

MONO

MONOSTICHA, IN NOVVM TESTA- MENTVM.

Ca.

In Matthæum.

- 1 **P**anditur Abrahamæ genus, & conceptio, Christi.
- 2 Dona Magi portant: Herodes sæuit, obitq;
- 3 Culpat, & ad Christum lotos Baptista remittit.
- 4 Munia tentatus sacra piscatoribus offert.
- 5 Vita beatorum, legisq; medulla docetur.
- 6 Dona, precesq; modum, ieiunia, gazaq; discant.
- 7 Ne dāna, benefac: caue, Pseudopropheta propinquat.
- 8 Cum morbis, Dominus ventos, & demonas arcet.
- 9 Cedit ei sanguis, peccatum, morsq;, iubenti.
- 10 Iussa ministerij dat, & addit robora iussis.
- 11 Zachariden laudans, oneratos conuocat omnes.
- 12 Discipulos secum, reprehensis purgat Hebræis.
- 13 Semine, fermento, gaza, retiq; docemur.
- 14 Baptista cæso, grex pascitur, equor imitur.
- 15 Os nihil est, cor habe: Chananea iuuatur, edit plebs.
- 16 Fermento vetito, clavis datur, haud crucis expers.
- 17 Sole nitens, Sathanam fugat, & sua fata recenset.
- 18 Vult humiles, prohibet noxas, peccata remittit.
- 19 Coniugium firmat, pueros amat, vrget auarum.
- 20 Vinitor arguitur, patitur. Zebedæa repulsam.
- 21 Ingreditur Solymas, templum petit, increpat hostes.
- 22 Sponsus adesse iubet: date censum, vita redibit.
- 23 Christus Hypocriticis Phariseis dura mimatur.

D

Predicit

Ca.

IN MARCVM.

- 24 Prædicit lucem mala præcessura supremam.
25 Stulta puella, piger seruus damnantur, & hirci.
26 Post Epulas orans, vinclis arcetur Iesus.
27 Falso damnatus, moritur cruce, conditur horto.
28. Angelus est testis, rediuiuus regnat Iesus.

In Marcum.

- 1 **L**otus, & afflictus, coeptat sacra munia Christus.
2 **L**eger abit, sequitur Matthæus gaudia sponsi.
3 Dextra viget, fit Apostolus, est blasphemia duplex.
4 Spargitur, & lucet verbum: cadit æquoris ira.
5 In sue demon abit, stat sanguis, virgo resurgit.
6 Patria spernit, eunt famuli, Baptista necatur.
7 Corde lues exit: virgo, surdusq; iuuatur.
8 Sufficit esca, videt cæcus, confessio constet.
9 Clara Dei soboles mutum beat, & fauet imis.
10 Stet thorus, infantes veniant, det diues egenis.
11 Christus init, ficus perit, impetrat omnia credens.
12 Vineæ rapta luet pœnas: quid hypocrita tentas?
13 Post Solymas, orbis ruet: obuia signa notentur.
14 Vngitur, & coenat, captusq; negatur Iesus.
15 Iudicio pendens expirat, humiq; recumbit.
16. Surgit, & apparet, sacra precipit, æthera scandit.

In Lucam.

- 1 **F**ate nouat Genesin: fit anus, cū virgine, pregnās.
2 **F**Natus, & oblatus templo, sacra tractat Iesus.
3 **F**unctio Iohannis memoratur, origoq; Christi.

Orō,

Ca.

IN LVCAM.

- 4 Ore, famem passo, febrim cum demone pellit.
5 Rete pauet : lepram vox, atq; Paralyfin aufert.
6 Spica, manusq; placet : pietas sincera docetur.
7 Centurio credit, pheretrum stat, Magdalis ardet.
8 Seminat, & fratres monstrans, mare sedat Iesus.
9 Discipulos mittit, comites ad tristia firmat.
10 Res bene cedit : habet Samarita, Mariaq; laudem.
11 Disce preces : domito forti, reprehenditur hospes.
12 Absq; metu profitens, sine gaza, linque soporem.
13 Turre ruente cauens, portam contende per arctam.
14 Hydrops curatur : conuiuia, comesq; docetur.
15 Gaudia præbet ouis, nummus, gnatusq; repertus.
16 Vtere mammona bene, fataq; diuitis horre.
17 Quicquid agis, debes : age grates, respice finem.
18 Funde preces vultu publicani, voceq; cæci.
19 Festa Zachæus habet : flet Christus, & increpat vtr.
20 Officij ratio, censusq; rogatur, & vltra. (bem.
21 Dona probans viduæ, mundum docet esse caducum.
22 Pascha lubens comedit, sudat prece, fune ligatur.
23 Missus ad Herodem, redit, exit, obitq; sepulchrum.
24. Surgit, adestq; suis comes, agnitus astra reuifit.

In Iohannem.

- 1 **C**Hristus homo Deus est, monstrante Iohanne via
2 **V**ina parat sponso, mercantes eiecit æde. (detur.
3 Forma renascendi baptisma, fidesq; docetur.
4 Se Samaritanis aperit, febrimq; repellit.
5 Subleuat ægrotum, pare cum patre dignus honore.

D 2 Pane

Ca.

IN IOHANNEM.

- 6 Pane cibans populum, caelestem se vocat. escant.
- 7 Prædicat in festo, placet his, damnatur ab illis.
- 8 Absoluit mæcham, lux est, patre teste probetur.
- 9 Lumina dat cæco (frendit Synagoga) fidemq;.
- 10 Porta stat, & pastor, cauet impia saxa, manusq;.
- 11 Lazarus exit humo, vite proscribitur autor.
- 12 Vnctus init Solymas, tristem vox caelica firmat.
- 13 Ablutis pedibus, prodendus mandat amorem.
- 14 Est via, nosse patrem docet, addit pneumati pacem.
- 15 Fructificet palmes: mundus nos odit, amemus.
- 16 Discipuli tristes, Sancto doctore, precentur.
- 17 Christus eos, & nos patri commendat in vnum.
- 18 Proditus, ensis opem vetat: accusatio seuit.
- 19 Cæsaris aula placet, regem crux scribit Iesum.
- 20 Magdalidi visus, dat munia sacra ministris.
21. Pascere iussus oues Petrus it, remanente Iohanne.

In Acta Apostolorum.

- 1 **M**atthias Domini fit Apostolus, astra petentis.
- 2 **F**lamine sacra dato resonant, tria millia parent.
- 3 Claudus it, admirans resipiscere turba iubetur.
- 4 Pontifices prohibent, Petrus instat, vota triumphant.
- 5 Horret Ananias, captiuus Apostolus audet.
- 6 Christiadum numero Stephanus crescente laborat.
- 7 Arguit ex Biblijs: Christum videt, orat, obitq;.
- 8 A profugo discit Samarita, Simon, spado, Christum.
- 9 Hostis erat Paulus, fit præco: Thabita resurgit.
- 10 Vase Petrus viso, Cornelion ad sacra vertit.

Res

Ca.

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28.

1

2

3

4

5

6

7

8

Ca.

IN ACTA APOSTOL:

- 11 Res memorata placet, fit & Antiochia fidelis.
- 12 Angelus educens Petrum, dat verbera regi.
- 13 Sergius audit, obest Magus: Antiochia docetur.
- 14 Saxa, preces reprobans, patitur Lystrensis Paulus.
- 15 Fit Synodus, fidei dat circumcisio palmam.
- 16 Circuit, atq; docet Paulus, capiturq; Philippis.
- 17 Thessala doctorem, Berrhaeq; mittit Athenas.
- 18 Nota Corinthiacis, Ephesi sacra pandit Apollo.
- 19 Paulus baptizat, demon furit, atq; Diana.
- 20 Eutychus obdormit, lacrymis valedictio turget.
- 21 Fata patent Agabo, Solymis capientia Paulum.
- 22 Doctrinae ratio datur, excutiturq; flagellum.
- 23 Christus adest capto, fraus coniurata cauetur.
- 24 Audit Tertullum Felix, Paulumq; loquentem.
- 25 Audit eum Festus quoq; res memoratur Agryppae.
- 26 Acta placent Regi, censetur Apostolus insons.
- 27 Romam tendenti leuat Angelus aequoris iras.
28. Miratur Melite curantem, Roma docentem.

In Pauli Epistolam ad Romanos.

- 1 **V**is Euangelij saluat, lex territat orbem.
- 2 Non habet ante Deum Graio plus iuris Hebraes
- 3 Nemo bonus, iustum Christi fiducia reddit. (us.)
- 4 Non opus Abramum, fidei reputatio saluat.
- 5 Pax fidei comes est, Christus praepollet Adamo.
- 6 Gratia iusticiae seruos iubet esse renatos.
- 7 Lex, quasi vir dominans, peccatum monstrat, & aue
- 8 Christiadis nihil est damnabile, Spiritus astat. (get. Efficit

Ca.

IN EPIST: PAULI.

- 9 Efficit Abrahamas promissio credita gentes.
- 10 Legis obest Zelos, fidei confessio saluat.
- 11 Ethnicus exemplo caueat labentis Hebraei.
- 12 Hostia quisq; Dei sit, iussa q; munia curet.
- 13 Pareat Ensifero, socios amet, exeat antris.
- 14 Asper in infirmos non sit, neq; scandala ponat.
- 15 Seruiat, vt Christus: quem Paulus vbiq; professus.
16. Saluos esse iubet Romanos, dogmate saluo.

In Priorem ad Corinthios.

- 1 **N**on patitur sectas vnus passio Christi.
- 2 Dat sacra nosse Deus, caro spiritualia nescit.
- 3 Planta Deo crescit, Christo fundata stat aedes.
- 4 Est aliunde datum, quod habes: nihil ergo tumescas.
- 5 Fornice damnato, fermenta cauere iubemur.
- 6 Damna dolis prestant, scelerum grex exulat astris.
- 7 Coniugibus lex est, sunt libera vota solutis.
- 8 Sunt idola nihil, comedas innoxius escas.
- 9 Sponte caret Paulus concessa sorte ministris.
- 10 Supplicijs veterum prohibentur scandala nobis.
- 11 Quale caput templum deceat, & quae cena docetur.
- 12 Spiritus est vnus, sit mutua gratia membris.
- 13 Cuncta gubernet amor, facies anigma sequetur.
- 14 Sermo Prophetiae sit notus, & ordine fiat.
- 15 Nostra resurgendi spes est, & gloria Christus.
16. Stips petitur sanctis, firmante salute fideles:

IN

Ca.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13.

1
2
3
4
5
6.

1
2
3

Ca.

IN POST: AD CORINTH:

- 1 **P**ost mala solatur Deus, est promissio constans.
- 2 **T**ristis, amansq; iubet Paulus gaudere dolentes.
- 3 **S**piritus est tabulis potior, velamina tollit.
- 4 **L**ex Domini testa geritur, spe mors superatur.
- 5 **C**arne nouam posita vestem capit, auspice Christo.
- 6 **G**ratia prensa ferat quiduis, Beliale reiecto.
- 7 **A** Domino veniens moeror, pia gaudia gignit.
- 8 **V**t Macedo, sanctis quoq; conferat era Corinthus.
- 9 **E**x Eleemosyna redit, vt de semine, fructus.
- 10 **P**neumate belligerans, Momos, non carne, refutat.
- 11 **L**audibus opponit simulatis vera trophaea.
- 12 **A**stra refert, stimulum patitur, sine fraude ministrat.
13. **V**ult resipiscentes, monet acriter, atq; salutat.

Ad Galatas.

- 1 **A**rguit auersos Galatas à dogmate Christi.
- 2 **P**ar alijs, Petrum nitentem lege reprendit.
- 3 **S**piritus est fidei, quæ Semine iusta stat vno.
- 4 **H**eredes Christus facit: est Lex serua, carebit.
- 5 **L**ibertat habeat, quem spiritus approbat, vsum.
6. **M**utua præstet amor, fidei comes addita crux est.

Ad Ephesios,

- 1 **N**os pater in Christo charos habet, astra tenente.
- 2 **G**ratia fit reprobis, gentes pax iungit Hebrais.
- 3 **S**ors ad eas, Paulo redit assertore, salutis.

D 4

Vnd

Ca.

IN EPIST: PAULI.

- 4 Vna fides praesit varijs in corpore donis.
- 5 Lucis opus fiat, sit amans Ecclesia Sponsi.
- 6 Cum patre, praesit herus: pius induat arma, precetur.

Ad Philippenses.

- 1 A sferit in vinculis Christum, firmatq; Philippos.
- 2 Sint imitatores humilis, sperentq; ministros.
- 3 Lex fidei cedat, stet regula, spes sit in Astris.
4. Cura preces fugiat, pia vita sit, atq; probetur.

Ad Colossenses.

- 1 L Aude Colossenses hortans, describit Iesum.
- 2 Sufficit hic, delens Chirographa: desinat umbra.
- 3 Sit novus, & psallens homo, seruet quisq; decorum.
4. Orantes caute vivant, habeantq; salutem.

In Priorem ad Thessalonicenses.

- 1 T Hessalonicenses re dicit, & ore fideles.
- 2 More parentis eos docuit, didicere sequaces.
- 3 Indice Timotheo, firmatos cernere gestit.
- 4 Sancta decet viuos operatio, spes tumultos.
5. Summa dies instat, vigilet prece sobria vita.

In Posteriolem ad Thessalonicenses.

- 1 A Stra pijs Christi reditus dabit, hostibus oreum.
- 2 Aemulus ante Dei, grege cum mendace, patebit.
3. Tradita verba pij seruent, nihil otia pascat.

IN

Ca.

IN PRIOREM AD TIMOT:

- 1 V Aniloqui sileant, damnat Lex, Gratia saluat.
- 2 Omnibus à sexu Deus vnus vtroq; rogetur.
- 3 Irreprehensibilis sit Episcopus, atq; minister.
- 4 Ritibus error inest, pietas sincera colatur.
- 5 Cum sene dic iuueni: viduas ale, suspice mystas.
6. Seruus heri, doctor Christi præscripta sequatur.

In Posteriolem ad Timotheum.

- 1 T Imotheum firmans, monet, integra dogmata sero
- 2 Instituat successores, alienaq; vitet. (uet.
- 3 Pseudoprophetarum fugiens, sacra Biblia voluat.
4. Acer in officio, speret post fata coronam.

Ad Titum.

- 1 P Resbyteros Titus instituat, sine crimine, doctos.
- 2 Omnibus in vita præeat, quam gratia poscit.
3. Sub dominis loti bene viuant, hæresis absit.

Ad Philemonem

1. P ER veniam eoncors sit Onesimus, atq; Philemon.

Ad Hebræos.

- 1 O S & imago Dei, Christus super omnia fertur.
- 2 Sermo sit in precio pro nobis funera passi.
- 3 Præcellit Moſen, hodie sibi postulat aures.
- 4 Credat, vt ad requiem veniat, quicumq; vocatur.

D S Mortuus

Ca.

AD HEBRÆOS.

- 5 Mortuus est Aron, Christus manet vsq; sacerdos.
- 6 Credi iurantis Domini promissio. debet.
- 7 Melchisedecus erat Christi typus, haud valet Aron.
- 8 Est testamenti nouitas, dimissio culpæ.
- 9 Prisca tebernacli per Christum desijt ara.
- 10 Perficit vna pios oblatio, state fideles.
- 11 Sola fides sanctis, vbi nil est, omnia præstat.
- 12 Est bona virga patris, sequitur pax, sponte feratur.
13. Sit pia vita, canat Christum, migrare parata.

In Epistolam Iacobi.

- 1 **F**idat in ærumis orans, verbiq; sit actor.
- 2 Diues inopsq; pares : fidei laus facta requirit.
- 3 Garrula lingua nocet, diuina scientia prodest.
- 4 Dilige carne Deum spreta : regat ille, quod instat.
5. Emis opum fallit, patiens prece querat Iesum.

In Priorem Petri.

- 1 **I**n cruce spes fidat, viuat sine labe redemptus.
2. Lac bibat, in Petra stet, honoret sceptræ, sit insons.
- 3 Sara probetur Abræ : sit pax, doctrinaq; Christi.
- 4 Crux reprimit carnem, maculas dilectio velat.
5. Cum grege pastor humi vigilet, caueatq; Leonem.

In Posteriolem Petri.

- 1 **N**ata Deo viuat bene gens, credatq; Prophetis.
- 2 Pœna malos perdit, iusti (ceu Noa) fouentur.
3. Impie quid rides : aqua transijt, imminet ignis.

Ca.

IN I. EPIST: IOHANNIS.

- 1 **V**isa loquens, tenebris lucē negat, est bene fassus.
- 2 Sufficit vnus, obest contrarius, vinctio constat.
- 3 Delet opus Sathanae, peccatum, Christus : amemus.
- 4 Spiritus in Christo verax, & amore probatur.
- 5 Teste fides triplici vincit, vitaq; potitur.

In II. Iohannis.

- 1 **S**anctorum cupidis, sine Christo, nemo sit hospes.

In III. Iohannis.

- 1 **P**ergat amor Caij, fastus Diotrephis aberrat.

In Epistolam Iudæ.

- 1 **V**na tenenda fides est, carnis opinio fallit.

In Apocalypsin.

- 1 **E**nsifer apparet Candelas inter Iesus. (scit.
- 2 Quid probet, aut fugiat, quadruplex Ecclesia di-
- 3 Atq; triplex : habeat victor cum veste Coronam.
- 4 Cum senibus Dominum celebrant animalia Sanctum.
- 5 Agnus adest, aperit librum : pia Concio psallit.
- 6 Plaga venit quadruplex in equis : patet ara, fit hora
- 7 Flatibus obstructis, notat angelus vndiq; lectos. (ror.
- 8 Fumat acerra preces, plagas tuba quadrupla spirat.
- 9 Et dupla : monstra vomit puteus, rapit angelus arma.
- 10 Sole nitens alius, dat amara volumina ventri.
- 11 Stant gemini testes, cæsi referuntur ad astra.
- 12 **F**œmina salua parit : Sathanas fremit, æthere pulsus.

Bina

Ca.

IN APOCALYPSIN.

- 13 Bina, Draconis amans, affligit bestia sanctos.
14 Agnus adest, canitur : volat angelus, vna secatur.
15 Victores psallunt, Phialis infunditur ira.
16 Besticulis eadem plagas effusa frequentat.
17 Bestia fert scortum, Ducibus venerabile visum.
18 Fracta iacet Babylon, flent reges, gaudet Olympus.
19 Accinitur thalamo, fugat hostes caelicus ensis.
20 Styx Sathanae iungit victos : mors funera reddit.
21 Fit novus orbis : obit reprobus, pius incolet urbem.
22. Amnis, & arbor adest vitae : qui credit, habebit.



Candido Lectori, S.

Sit mihi fas, freno peregrinas cogere voces :
Ut discant latij Carminis ire pede.
Claudicet interdum licet hæc, vel claudicet illa
Syllaba : nec gressu pergat ubiq; pari.
Da veniam Lector : breuitas angusta locari
Mollius, & melius nomina dura vetat.
Quin etiam, maius spacium cui libera Musa
Præbuit : atq; locos ante, retroq; dedit.
Ut, quæ noluerint prima regione reponi,
Quiuerit in reliquos cogere verba pedes.
Ille Syracosio tamen audet ludere versu :
Atq; Syracusas dicere, quando lubet.
Sichæum norunt pueri, noruntq; Sichæum :
Andini legitur vatis vterq; libro.
Præterea Choream scribi, scribiq; Choream,
Cernimus : & plateæ iuncta platea patet.
Hoc, vbi non deerat vitandi copia, factum
Est : venia dignum me magis ergo puta.
Quem breuitas cohibet : sua quiuis pondera versus
Sustinet : ac nullum, quo releuetur, habet.
Pes igitur si quis titubauerit, excusetur :
Sic pietas vni vult placitura Deo.
Cui sit, & in cuncto tribuatur tota labore
Gloria, lausq; : salus nostra sequatur, A M E N.

Hendecasyllabum,
AD DOMINVM PHILIP-
LIPPVM DE VVERT-
TERN.

Salue, VVerteridum decus, PHILIPPE,
Quem cum nobilitate, iuncta virtus
Ornat : cognitioq; literarum
Pijs reddit amabilem Camoenis.
Iamdudum mihi te, tuosq; fratres,
Pulcro nomine fecit illa notos.
Coram sint licet ora visa nunquam :
Auditum bona mens amat decorem.
Non de nobilitate singulorum
Par in Tyrigetis vbique laus est.
Saluus tu, mihi quod dedere Musæ,
Donari tibi, fronte fer serena.
Non myrrham, neq; thus habent, nec aurum :
Christo munera quæ Magi ferebant.
Nec togas holosericas, Elisæ
Ferri quas Syrius iubebat hospes.
Nec gemmas, nec aroma : quale regi
Portabat Solymo Sabæa princeps.
Nec quæ plurima mundus, his & illis
In pagis facit, vrbibusq; magni.
Musis tale nihil domi : quid ergo
Donant ? ecce nouum ferunt Poema,
Non commentitium, nec expolitum
Gentili veterum lepore vatum,

Nec

Nec longum: sed amore veritatis
Ex illo breuiter libro petatum.
Quem gemmis Salomon, aromatiq̃:
Quem togis holosericis Elisa:
Quem myrrhae quoq̃; Christus, atq̃; thuri
Praefert: inde mihi Poema promptum,
Inscriptumq̃; tibi, proba PHILIPPE.
Tu discrimina scis, gradusq̃; rerum.
Plebs passim rudis, omnium labores
Musarum putat asse viliores.
Tu dignos sapientibus patronis
Agnosces, cape munus hoc: amaq̃;
Autorem, Deus autor est: ministrum
Eius me profitens, et improbari
Hoc in seruitio cauens: ab astris
Felicem tibi prodeuntis anni
Euentum precor: annuente Christo
Votis vine diu pijs, Valeq̃;.

M V L H V S I I

Excudebat Georgius Hantzsch, Anno Domini,
M. D. LXXIII.

Vale vixit diu vale
Tantum precor : amantem Christo
Talem tibi procedente anni
Hoc in sermone canens : ab assis
Eius me proficere : et improbat
Anotem, Deus ancor est : manifestans
Anotem, capite manus doc : cap
Tu digros : pennis pennis
Mansum pennis : esse villosos
Tibi pennis : omnia labores
Tu distimulans : gradus pennis
Inscriptumque tibi : pennis P H I P P E
Tres : in se nudi forma pennis
Quem tibi haec quod Christus : pennis
Quem tibi haec quod Christus : pennis
Quem tibi haec quod Christus : pennis
Ex illa pennis : pennis

M V L H V S I I

Excelsior Georgius Henrichus, Anno Domini
M. D. LXXIII.



Jg 2699
~~2699~~
2633

ULB Halle 3
003 509 664



SB

li

174







MONO-
STICHA, IN
SINGVLA SA-
CRORVM BIBLIO-
RVM CAPITA, ME-
*moriae Theologorum inser-
uire iussa.*

AVTORE
M. LVDOVICO
HELMBOLDO,
Mulhusino.
M. D. LXXXIII.